

Clarissimis Viris Dominis Doctoribus sacrae Theologiae de Ho 1533.  
Johanni Hefso & Ambrosio Moibano Ecclesiae  
Wratislaviensis Episcopis, suis in Christo fratribus.

70/  
Gubricus de Wette  
IV. No. 1576

Gratiam et pacem in Christo. Ad literas vestras, Optimi  
viri, quomodo possim aliud respondere, quam quod antea  
in libello meo publice edidi, scilicet, si sponsalia in isto  
casu talia sunt, ut probentur et consanguineis et mayo-  
ribus ac Principi, et nihil obstat, nisi sola parentis pertinacia,  
quam sicut ex historiis intelligo, tarde concepit, forte  
aliquis dissuadente istas nuptias, tunc plane est contemnen-  
da et pro puella judicandum. Quia in tali casu videtur  
pater non ut pater, cui merito alias debetur auctoritas,  
sed ut tyrannus, negligere filiae seu potius impedire  
fortunam, etiamsi protegat opes alterius sponsi futuri.  
Quia in conjugio amor non opes (ceteris honestatis  
paribus) preferri debet. sicut parentes Samsonis etiam  
gentis suae gloriam posthabuerunt amori ipsius filii.  
Man darff die nicht zwingen für Hr. man laß die  
für lob sein, ob darff Innoy gevathten propter  
perpetuam vitae cohabitationem, ne postea acci-  
dente turbā filia possit causari, se fuisse coactam.  
Hae sententia semper fuit nostra. Valete in Christo.  
4. feria post Johannis. Anno 1533.

Martinus Luther.